



**La constitución de Servio Tulio. Clases y centurias. La primera clase:
sus armas.**

Ex iis qui centum milium aeris aut maiorem
censum haberent, octoginta confecit centurias,
quadragenas seniorum ac iuniorum; prima classis
omnes appellati sunt; seniores ad urbis custodiam
ut praesto essent, iuvenes ut foris bella 5
gererent. Arma his imperata sunt galea, clipeum,
ocreae, lorica, omnia ex aere, haec ut tegumenta
corporis essent; tela in hostem hastaque et gladius
erant. Additae sunt huic classi duae fabrum
centuriae quae sine armis stipendia facerent; 10
datum est munus ut machinas in
bello ferrent.